



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Svcqv̄et E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. 56. de affectu spei

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

- Pfalm 68. **D**EVS tu scis insipientiam meam, & delicta mea non sunt à te abscondita; peccavi enim in calumnia & coram te.
- Ibidem. *Ut quid dereliqui te fontem aquae vivae, ut quid erravi sicut ovis quae perit? exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.*
- Pfalm. 39. *Quare tristis es anima mea & quare conturbas me? comprehenderunt me obedi iniquitates meae, & non potui ut vidarem, respice in me ó IESV & miserere mei.*
- Pfalm. 37. *Domine ante te omne desiderium meum & genitrix meus non est à te absconditus, dereliquit enim me virtus mea, & tu lumen oculorum meorum.*
- Isaia 49. *Respice Domine manus & pedes tuos, in quibus descripsisti me & tu Pater aeterna respice in faciem Christi tui.*
- Pfalm. 82. *Iuravi & statui custodire iudicia iustitiae tuae, odi vii Ecclesiarum malignantium & cum impiis non sedebo.*
- Pfalm 91. *Quam magnificata sunt opera tua, nimis profunda facta sunt cogitationes tuae, dum recogito i' tibi annos meos, & charitatem tuam quae assumpsisti me de aquis multis.*
- Isaia 38. *Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos secundum diem, quibus custodiebas me quando eras in tabernaculo meo!*
- Iob. 29. *Ille Deus meus, salvator meus, Adjutor meus, benedic anima mea Domino, & omnia quae intra me sunt nomini sancto eius.*

CAPVT LVI.

De affectu Spei, & modo eum exercendi.

SPEI affectus excitari potest Primò, Consideratione alicujus beneficii divini, aut promissionis; qui enim tribuit beneficium, invitat ad spem. Itaque in omni mysterio exerceri hoc potest. Secundò, quoties beneficio aliquo novo à Deo donamur, aut etiam advertitate aliquâ affligimur. Tertiò, nulla est creatura quae non ad gratiarum actionem simul & spem excitet; qui enim ultro hæc vidit, certè majora rogatus concedet, nempe gratiam, gloriam, cæteraque media ad salutem necessaria, quae singula percurrere potes. Denique in præsentia Dei te statue, id est, in medio Oceani bonitatis ejus, neque poteris diffidere omni bono. Postremò, peculiaria

peculiaria beneficia Dei erga te percurre, & spem illius gratiâ adauge.

Exercitium Spei brevius.

TV scis Deus meus, tu scis quod non sumus sufficientes aliquid facere ex nobis, uti nec hoc N. tanquam ex nobis. Itaque ego pulvis & cinis ad te confugio, uti per te & patientiam & consolationem scripturarum spem habeam, & in te sperans non confundar. Tunc enim ô bonitas sic N. me vocas, & repellere me poteris? sic invitans & trahis ad sequendum te, & deficere fines in viâ? In te Domine sperans scio non confundar in aeternum, et si inveniam in membris meis legem repugnantem legi mentis meae, neque dignus sum gratiâ tuâ; sed qui dedisti mihi corpus et sanguinè tuum in precium, et te hodie paratus es dare in pignus salutis, et qui tot beneficiis N. praevenisti me, et petere toties iussisti et dare promissisti ô bonitas, ô veritas, dabis utique mihi quod petam, ut toto corde sperem in te, et quamvis occideris me ô spes, et vita mea, in te sperabo; et si consurgerent in me castra mundi huius et vanitatis, ut reclamarent, tamen portio mihi erit sic N. custodire legem tuam et te sequi; quod enim ibimus à te bone JESV? nonne vita mea es, et verba vita aeterna habes?

Humiliatio sui.

2. Cor. 3.

Rom. 15.

Psal. 30.

Beneficia Dei & promissa excitant.

Exercitium affectus Spei.

DVm hac cogito, et video donum hoc tuum N. et universum et dignationem tuam quâ jam mihi vermi terra libet, et licet loqui, tibi mihi qui non sum, ad te, et audire te Deus meus qui es, et omnia bona es; arrham teneo, et pignus habeo, quod unum peto, amo, amplector, pignus scilicet amoris, amoris tui, et spei meae, quae me, spero pro infinitâ charitate tuâ, non confundet, sed te laudabit in aeternum, in aeternum. Etenim gratiâ tua veniet, veniet, ô quando veniet illa dies quae non habebit occasum, et introibo in domum tuam, et me servum tuum, famulum tuum coheredem facies, et vesties byssino splendenti, et vestibus iucunditatis, et lumen dabis, quo te, lux vera, adspiciam, et nemo me despiciat. ô quantum, quantum id desidero! tu scis, qui hic adstas, & vides me, et audis, et spero et exaudis, et habitas

Pignus habemus amoris Dei.

Ecceli. 22.

Apoc. 19.

Zachar. 19

tas

tas in medio cordis mei: quem amplector totis viribus anima mee; huius enim dignaris esse sponsus, & finis, & quies, & centrum, & omne bonum.

Spes resurrectionis.

Neque tantum adimplebis eam leticiam cum vultu tuo, sed & hoc corpus meum suscitabis de pulvere, & quasi de nihilo, & omnia ossa mea, & sensus mei pleni gaudio de te, tibi cum iucunditate, & gaudio, & amore puro dicent: Domine quis similis tui? credo enim quod tu Redemptor meus vivis, & gaudeo, & gratulor, & in carne ista, videbo visionem magnam, videbo te, & aeternum amplectar, & fruor te Salvatore meo.

Abnegatio creaturae.

Et sicut haec spero, ita media ad illa; Primum peccatorum veniam. Secundum virtutum humilitatis & charitatis & patientia ornamenta, ut nullis in te sperans adversis opprimar; ea enim à manu tua paternam & amantissimam medicina est malis meis; neque secundis esferar; Vanitas enim vanitatum, & omnia vanitas, unde nec satiare, neque pacare me quidquam potest: cur ergo appetam aliquid extra te, & praeter unum amoris tui preciosum donum? o quam ad illum suspiro, & ad dona tua, virtutes, quibus placeam tibi N. sed super omnia tuam charitatem? haec spes reposita est in sinu meo.

Psal. 62.
Psal. 25.

En credo tibi, & in nullam creaturam pedem ullum, ut sic loquar spei desigo. Sed in te Deo meo est salutare meum, & gloria mea, Deus auxilii mei, & spes mea in te Deo meo est. Conserva me Domine, quoniam speravi in te: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Sed tu Domine, petra mea, robur meum, & Salvator meus, tu Deus fortis meus sperabo in te: tu scutum, & cornu salutis mea, Elevator meus, & refugium meum; Salvator meus, de iniquitate liberabis me. Laudabilem invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero. Et nonne pro charitate tua recuperabis me, & diriges viam meam? & spero in te, & servabo timorem tuum, & in illo veterascam: quis enim permansit in mandatis, & derelictus est? aut quis invocavit te, & despicisti eum? Salve spes mea, amo te, & amplector te, & renuntio omnibus, quae possidere possum, aut amare, cum uti spero te habeam, & habere ubique possum summum, & omne bonum.

Ecel 2,

Sed quomodo haec spero infelix, peccator, et ingratus pro tot donis

donis tuis, quorum minimum, fateor, est infinities majus omnibus meritis meis? Non in arcu meo spero, sed in infinito erga me amore tuo, à manibus tuis in quibus me descripsisti, non ex meritis meis, nulla, nulla enim certò agnosco, & siquid est, gratia debetur tua, quàm copiosè contulisti in me ingratum, & immemorem; ut laborarem in vineâ tuâ, & tu esses merces operi meo magna nimis, non tamen confido in laboribus, aut industriâ meâ, sed sanguine tuo, & sudoribus, & bonâ voluntate tuâ: non in exercitatione, aut statu, aut ullâ creaturâ; Maledictus enim homo quò confidit in homine, & qui ponit carnem brachium suum. Ego autem in misericordiâ tuâ speravi, exultavit cor meum in salutaris tuo. cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.

Sive ergo mala ingruant, non timebo mala; quoniam tu mecum es, & si bona obveniant aut petenda mihi sint, quid non sperare jubes, dixisti enim, ò infinita bonitas, dixisti, ò fidelis veritas, Promissio
Dei spei Petite, & accipietis: peto igitur & accipiam, quarite ais & invenietis: quero gratiam in oculis tuis invenire & nihil ultra. Vtinâ auget. Vtinâ inveniam eam. Nihil ultra peto: tu testis in celo Deus meus.

Pulsate, ais, & aperietur vobis, nempe thesauri misericordiae tuae aperientur, & abyssus miseriae, & inopiae meae. In hac fiducia, in pace hac dormiam, & requiescam: & gaudens gaudebo in Domino, & exultabo in Deo Jesu meo, qui dat lasso virtutem, & hu, qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat. neque enim 2. Par. 7. gratia tua umquam nos deseret, sed oculi tui semper aperti sunt, & aures tuae erectae ad me: nonne enim ego templum tuum? 1. Cor. 3. licet ergo obsecro mihi, usurpare quod de Salomonis templo lego, Applicatio
ad Communionem. idem de corde meo: & aure interiore illius audire: Elegi enim, & sanctificavi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. ò quàm Psalm 118.
Hebr. 4. dulcia faucibus meis haec eloquia tua! Verbum hoc tuum penetrabilius omni gladio ancipiti, ut vulneret corda filiorum Adae, & suspirent ad te, suscipiant eorum tota fiducia.

Augetur autem fiducia hac mea ab immensâ liberalitate, & misericordiâ tuâ; neque enim sufficit tibi impartiri mihi dona tua, sed te ipsum praebes, ut verè dicere possis: ego quasi nutrix Ephraim

- Osca 11. Ephraim portabam eos in brachiis meis, & ero eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum, & declinavi ad eum, ut resceretur. O amor, o charitas! & fieri poterit ut non confidam tibi! Vtinam sicut confido, ita fiat mihi! & placeat tibi anima mea, & venias ad eam, & mansionem in ea facias, & oleo misericordiae tuae ungas eam, & bibat vinum tuum in laetitia. Quae te per viscera charitatis tuae, ne ei fiat, quod comminatus es olim calcabis olivam, & non ungeris oleo, & mustum & non bibes ex eo. Calicem ergo hodie salutaris accipiam, & nomen tuum, Domine, invocabo: calix enim tuus inebrians, quam praclarus est! calix utique benedictionis, & aeternae salutis. da mihi illum obsecro, ut illo inebrier, ita ut omnium oblitus memoriam abundantiae suavitatis tuae eructet cor meum, & exultet spiritus meus in Deo salutari suo. Amen.

JACVLATORIAE.

- Ioan 16. **D**IXISTI, o veritas quidquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, & rursum: Petite & accipietis, quarite & inuenietis; si hac vera quid dubito modice fidei?
- Lucæ 11. Maledictus homo, qui ponit carnem brachium suum, id est dolo valde ex amore tui & omnem sollicitudinem meam proicio in te, quoniam tibi est cura de nobis.
- Ierem, 17. Quid proderit universa vanitas, cum novissima hora veniet, & revelabis consilia cordium?
1. Cor. 4. Confirma hoc Deus in nobis, quod operatus es in nobis, quid enim possumus facere sine te, qui solus es quod es?
- Psal. 67. Obsecro per misericordiam tuam ut quemadmodum Sancti tui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, ita & ego gratia tua id faciam.
- Hebr. 11. Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum sperabo donec transeat iniquitas.
- Psal. 16. In te cantatio mea semper, tanquam prodigium factus sum multus, & tu adjutor fortis: verè mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam.
- Psal. 4. In pace in idipsum (scilicet resignatus) dormiam & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.
- Psal. 72. Mihi autem adherere Deo bonum est, ponam in te Domine iustitiam meam. In manibus enim tuis fortes mea, & tempora mea, & aeternitas mea,